



CAPUT XVII.

AN QUIBVSQVEMQVE VERBIS CONDI
possit testamentum; & utrum verbum volo in ultimis vo-
luntatibus inducat dispositionem; & quid de verbis enun-
ciativis: & an heredis institutio non solum verbis expressis,
sed & coniecturis, & presumptionibus possit induci.

& quibus verbis heredis institutio possit

designari ad legem 6. tit. 3.

part. 6.

SUMMARIVM.

Testantes non omnes
sciunt proprie lo-
qui. 1.

Institutio heredis quibuscumque
verbis fieri potest. 2.

Verbum volo an in ultimis volun-
tatibus inducat dispositio-
nem. 3.

Verbum volo importat deside-
rium. 4.

Verbum volo favore pie causa
inducit dispositionem. 5.

L. Pamphilo, §. propositum, ff. de
legatis. 3. & 6.

Actus si expedibilis est sola vo-
luntate verbum volo inducit
dispositionem. 7.

Elegisse rem dicitur, qui affir-
mat velle illam. 8.

Adiuvisse hereditatem dicitur qui
dicit volo esse heres. 9.

Fideicommissum constitutum di-
citur ex eo quod quis dicat
volo bona mea maneat in fa-
milia. 10.

Testari dicitur qui affirmat velle
schedulam esse suum testa-
mentum. 11.

Legatum resultat ex eo, quod di-
cat testator se velle heredem
centum dare Caio. 12.

Verbum volo importat desiderium
quando ultra voluntatem re-
quiritur factum. 13.

Ver-

Verbum volo iunctum cum infini-
tivo an inducat dispositio-
nem. 14.

L. 6. tit. 3. part. 6. notatur. 15.

Verba enuntiativa non disponunt
nec in legatis. 16. & 17. Et
quid favore pie causa, &
quando sunt geminata, & in
antiquis. 18. & 19.

Institutio heredis coniecturis, &
presumptionibus potest indu-
ci. 20.

Voluntas testatoris apparere de-
bet ex coniecturis ut institu-
tio colligatur. 21.

Manifestum dicitur quod pre-
sumptionibus constat. 22.

Coniectura vestigium est verita-
tis. 23.

Institutio tacita colligitur ex co-
sequentia, seu antecedentia
verborum, quae in testamento
scripta continentur. 24.

§. in primis Instit. de fideicom-
miss. heredit. traditur. 25.

Gravare non possum quem non
honoro. 26.

L. cum in testamento, §. hac ver-
ba, ff. de hered. instit. tradi-
tur. 27.

L. 3. C. de inofficioso testamen-
to. 28.

L. fin. de hered. instit. 29.

Nomen heredis signo certo potest
demonstrari. 30.

Ex verbis facio te dominum in-
stitutio recte colligitur. 31.

Ex verbis volo bona mea esse ta-
lis colligitur institutio. 32.

Verbum relinquo adiunctum vni-
versitati bonorum importat
institutionem. 33.

Monasterium institutum intelli-
gitur si quis de bonis suis man-
daverit fieri Monasterium. 34.

Hereditas relicta Ecclesiae con-
struenda non est conditionalis
sed pura. 35.

L. 6. tit. 3. part. 6. describi-
tur. 36.

CVM materiam per-
fectionis, & imper-
fectionis voluntatis
scribamus, cuius cognitio in
casu quo testamentum scrip-
tum non sit, ex testium de-
positionibus dependet; suc-
cedit nunc recto ordine des-
cribere, quibus verbis testari
quis dicatur, & maxime hæ-
redem instituere: quia cum
non omnes testantes sciant
omnino proprie loqui, l. non
aliter 69. §. 1. de legatis 3. l. quo-
ties, C. familiae erciscunda. Mar-
zarius cons. 1. num. 7. Larrea
decis. 70. num. 5. Peralta in Ru-
bric. ff. de hered. instituend. num.
153. vbi quod non omnis te-
stator scit dicere heredem
instituto, sic nec testes sæpe
intelligunt, & clarè percipiunt
obscura verba testatis: vnde
eve-

evenire potest, quod testatoris voluntas fuisset perfecta, & testes, qui presentes fuerunt, imperfectam ex modo dicendi iudicent, quæ ut obientur, & integrè materia nostra perfectionis voluntatis tradatur, quæ ex huiusce rei cognitione omnino dependet; ultra tradita supra capite antecedenti animadvertendum hoc in capite venit: hæredis institutionem hodie quibuscumque verbis fieri posse, licet olim de iure antiquo Romanorū aliqua in hoc fuissent solemnitates, *l. quoniam indignum, C. de testamentis, vbi communiter Doctores, l. si ita scriptum 47. §. 1. l. his verbis 48. ff. de hæredibus instituendis. Romanus conf. 17. num. 9. Socinus Senior conf. 33. num. 13. vol. 1. latè Peralta in Rubr. ff. de hæred. instituend. ex num. 153. cum alijs, Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 1. Michael Grasus receptar. sentent. §. institutio q. 14. num. 1. exornat Carrança de partu cap. 2. §. 1. allat. 13. sect. 4. à num. 284. cum multis sequentibus. Carpio de executorib. & commissar. testam. lib. 3. cap. 5. num. 50.*

3 Sed cum verba debeant esse apta, & non dubia ad te-

stamenti facionem; & sentiper testatores tempore condendi testamenta dicant se velle testari, & disponere de sua substantia, & patrimonio; in primis videndum est, vtrū verbum *volo* in vltimis voluntatibus inducat dispositionem, quæ controversia licet à multis passim tacta sit, perfectè tamè à nemine què viderim ventilata, nisi à doctissimo Menochio de Arbitrarijs lib. 2. cent. 5. casu 496. qui meritò in hoc commendatur à Carpio lib. 2. cap. 1. num. 27.

4 Et partem negativam tenent Parisius, Angelus, & Immol. in *l. servi electione, ff. de legatis 1. Socinus Iunior conf. 179. lib. 2. Corneus conf. 149. visis non nullis vol. 2. Paulus de Castro conf. 137. in causa quæ vertitur Pergami lib. 2. Decius conf. 158. Craveta de antiquit. temp. part. 1. num. 60. Fulgosius conf. 29. n. 2. & 3. Menochius conf. 750. num. 8. lib. 8. & d. casu 496. Capicius Latro decis. 140. num. 23. lib. 2. multos cōsulentes, & eorum casus referens Nicolaus Genua de verbis enunciatis lib. 2. quæst. 23. ex num. 19. cum seqq. Fundamentum est, quod verbum *volo* magis importat desiderium*

rium quam dispositionem, & magis se habet enunciativè quam dispositivè.

5 Affirmativam verò partem tenent Bartolus in *d. l. servi lectione, & in l. cunctos pupillos, C. de sum. Trinit. Aretinus in l. gerit, ff. de acquirend. hæredit. Curtius Iunior conf. 304. vol. 3. Baldus conf. 74. vol. 2. & conf. 221. Ruinus conf. 1. num. 23. vol. 2. & alij statim num. 13. & 14. referendi, & benè Marcus Antonius Genuensis *præticab. Ecclesiast. quæst. 275.* vbi favore causæ piæ disponere verbum *volo* probat à simili decisione textus in *l. si pater, §. quedam, ff. de fideicommissar. libertatib.* quæ ad hoc notabilis est. Et hæc pars probatur ex celebri textu in *l. Pamphilo, §. propositum, ibi: Dixit quod velit, & relinquere prædia, ff. de legat. 3. l. per procuratorem, ff. de acq. r. hæredit. l. iam dubitari, ff. de hæredit. instituend.**

7 Sed inter has contrarias opiniones veritas dignoscitur, si duo casus distinguantur, licet plures alios traderit. Menochius vbi supra d. casu 496. aut enim actus expeditibilis est sola voluntate, aut ultra voluntatem factū requiritur; in primo casu

quoties agens est liberum, & non impeditum si vult agere immediatè agit; & ita verbum *Volo* sine dubio importat dispositionem. Hoc fit in plurimis casibus, ut quando quis dicit *volo* istam rem, nam eo ipso dicitur rem elegisse, *l. apud Aufidium, ff. de optione legata, l. servi electione, ff. de legatis 1.* vbi Bartolus benè probat, & eum sequitur Ripa *ibidem num. 18. Corneus conf. 91. num. 3. vol. 3. Ludovicus Iuntus in responso pro vxore nu. 373.* aut si dixerit, *volo* esse hæres, nam statim dicitur adivisse hæreditatem, *dict. l. iam dubitari, vbi Gossa, ff. de hæred. instituend. l. per procuratorem, ff. de acq. r. hæred. vel si dixerit, volo* bona mea maneat in familia, nam dicitur constitutum fideicommissum. Curtius Iunior *conf. 54. num. 5. vel volo, quod hæc scheda sit meum testamentum. Iuntus vbi supra nu. 370. vel volo* hæredem meum centum dare Caio, Socinus Senior *conf. 86. num. 6.* In secundo casu, quado ultra voluntatem factum requiritur, ut *volo* ascendere arborem, tunc verbum *Volo* non importat actum, sed desiderium. Thom Sâchez de matrimonio lib.

lib. 6. disput. 22. num. 10. Fontanella de pactis nuptial. claus. 6. glos. 3. part. 3. num. 17. & 18.

4 Ex qua distinctione, & resolutione inferitur, quod verbum *volo* etiam si iungatur cum infinitivo, ut *volo eligere*, *volo instituere*, inducit adhuc dispositionem; quia hi sunt actus expeditibiles sola voluntate. Sic tenent Bartolus in l. gerit nu. 7. ff. de acquir. heredit. & in d. l. servi electione num. 5. 16 & in l. si numer. 1. ff. de testamentis. Ruinus conf. 1. num. 23. vol. 2. Corneus conf. 149. num. 14. lib. 2. & conf. 77. num. 9. lib. 4. & conf. 309. num. 9. Socinus Senior conf. 249. num. 18. lib. 2. & conf. 86. nu. 3. lib. 3. Baldus, Aretinus, Curtius Iunior, Genuensis, & Fontanella in locis vbi supra. Stephan. Gratianus disceptat. forens. cap. 550. num. 56. vol. 3. Fachineus lib. 6. cont. cap. 50. Barbosa de dictionibus d. 378. num. 4. Et licet contraria opinio communis etiam sit in terminis iuris communis, quando voluntas tantum enunciatur, Bartoli vero opinio semper mihi verior visa fuit propter fortem textum in dict. l. Pamphilo, & rationem ponderatam. Cum quibus concurrat de iure Regio lib. 6. tit. 3. part. 6. ibi: *O quierio que*

sea mi heredero, quæ idem important, ac si testator dixisset *facio*, vel *instituo* illum heredem. Ex quibus omnibus verbum *volo* in ultimis voluntatibus inducere dispositionem securè tenendum est, unde qui hoc verbo in bonorum suorum dispositione voluntatem suam expresse rit, verbis aptis testatus videbitur.

6 Ex eo autem, quod verba apta debeant esse ad voluntatis expressionem inferitur, verbis enunciativis propter aliud emissi hæredis institutionem fieri non posse; quia apta non sunt, nec disponunt, cum voluntas proferentis in illis non consideretur. l. si quis ita instituat, ff. de hered. instituend. quod, & in legatis, procedit, quamvis alias solo nutu relinqui possint. l. nutus ff. de legatis 2. Iason in l. si ita legatum num. 8. de legatis 1. & in l. si res obligata, ff. eod. tit. Sic Menchaca controversiarum illustrium cap. 30. num. 8. Cardinalis Tuschus concl. 82. lit. V. Genua de verbis enunciativis lib. 1. quest. 5. in d. cons. M. in ob

18 Sed an procedat idem in verbis enunciativis dictis favorem piæ causæ, ut ad favorem Ecclesiæ dubium est,

&

& negativam partem, & quod favore piæ causæ verba enunciativa non disponant, tenet Baldus in l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs num. 148. Paulus de Castro in conf. 137. vers. tertio facit lib. 2. quia ex verbis enunciativis propriè voluntatis perfectio non colligitur, nec animi deliberatio. Sed contraria opinio, quod verba enunciativa favore piæ causæ disponant, probatur in cap. final. de success. ab intestato, & tenent Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, Abbas, Cardinalis Zabarella, Iason, Alexander, Bartolus, & Calcanus relati à Tiraquello de privilegijs piæ causæ privil. 86. vbi tenet, & bene probat Decius conf. 158. num. 2. Afflicis decis. 83. num. 5. Mascardus de probationibus concl. 622. nu. 41. Marta de success. legal. 2. tom. part. 4. quest. 6. art. 2. num. 10. dum verba sint de præfenti, vel de præterito, non de futuro. Genua de verb. enunciat. lib. 2. quest. 23. ex num. 46. Montemayor decis. 10. num. 21. & per totum, vbi probat, quod favore libertatis, verba enunciativa disponunt, & sic iudicatum fuisse in Chancelleria Indica insulæ Hispaniolæ.

19 Probant etiam verba enunciativa in antiquis, & que sunt proprii facti, & quando sunt geminata, & pluribus instrumentis contenta, & quando per modum causæ enunciatur, & in alijs casibus, de quibus Mascardus d. concl. 622. Genua d. quest. 3. Castillo tom. 4. cap. 46. num. 33. & cap. 123. n. 7. & 8. Larrea decis. 56. nu. 5. Noguera allegat. 25. nu. 262. Capicius Galeota controvers. 38. num. 18. & 19. Vela. dissert. 46. num. 17. & 18. lib. 2.

20 Sciendum autem est non solum verbis expressis hæredis institutionem fieri posse, sed, & coniecturis, & præsumptionibus posse induci, ita Baldus, & Angelus in l. in tempus, §. 1. ff. de heredib. instituend. Iason in l. inter ceteras nu. 6. ff. de liberis, & posthumis; dum tamen appareat de voluntate testatoris, argument. text. in l. Titius, l. Lucius Titius l. 1. §. hoc autem, ff. de hered. inst. Menoch. de præsumptionibus præf. 19. num. 7. & 8. & præf. 26. num. 18. lib. 4. Castillo lib. 4. cap. 15. num. 63. & 64. Mascardus tom. 2. concl. 922. num. 6. par enim est expressio virtualis, & expressa, & manifestum dicimus, quod con-

ie-